



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei  
Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

II. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](#)

B. Andreas Ordinis Cisterciensium quotidiani  
num Marianarum laudum pensum cantu  
adeo lento trahebat, ut ad singulas prope vo-  
ces moram faciens, diem propè integrum iis  
decantandis impenderit. Octo ante mortem  
diebus à Deipara visitatus obitūs horam in-  
tellexit, ac à discedente cum amplexu osculum  
pacis accepit. *Gannon ad annum 1312. Marix*  
*fides non fallit.*

O B. Andrea ora pro me, ut vanas è mente so-  
licitudines oraturus ejiciam, primūq; inter  
negotia sit cultus Marianus, ut salutis & animæ  
negotiis tempus optimum maximumque tri-  
buam, hoc enim solum est negotium sæculo-  
rum. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretio-  
sissimal ego N. indignissimus filius tuus ex to-  
to corde, omnib[us]que tam corporis, quam ani-  
mæ viribus centies millies, &c. f. 2.

Ad quod impetrandum singulis orationis  
Angelicæ verbis tamdiu inhærebo, donec affe-  
ctus pias cogitationes suggesserit.

Si in Christo Majestatem veneraris Divi-  
nam, quod licet factus sit Homo, manserit ta-  
men Deus. Advocatam habere vis apud ipsum?  
ad Mariam recurre: nec dubius dixerim, ex-  
audietur ipsa pro sua reverentia. Exaudiet  
utique Matrem Filius, & exaudiet Filium Pa-  
ter. *S. Bernar. serm. de aqua.*

Quæstio: An melius sit plūs amare Deipa-  
ram, an plūs ab illa amari?